

Forfatter: Brahe, Tycho

Titel: M. Andreae Welleio Saxonis ... [Digt om Anders Sørensens Vedels Saxo-oversættelse]

Citation: Brahe, Tycho: "M. Andreae Welleio Saxonis ... [Digt om Anders Sørensens Vedels Saxo-oversættelse]", i Brahe, Tycho: *Tychonis Brahe Dani opera omnia*, udg. af I.L.E. Dreyer , 1913-29, s. 174. Onlineudgave fra Arkiv for Dansk Litteratur:
<https://tekster.kb.dk/catalog/adl-texts-tycho09tom-shoot-workid54263/facsimile.pdf>
(tilgået 26. april 2024)

Anvendt udgave: Tychonis Brahe Dani opera omnia

[Ex excerptis Langebekianis Hauniensibus nr. 178]

M. ANDREÆ WELLEIO SAXONIS INTERPRETI EX-
 QUITISSIMO OB DESIDERATÆ PAPIRI DETESTANDAM
 CARITATEM NUNC MISERE SUOS LABORES TAM IN-
 DIGNE PERITUROS DEFLORANTI HOC CARMEN 5
 AD SPEM EXEQUENDI OPERIS ET LIBE-
 RALIS CONSTANTIÆ IMPETUM
 T. B. SCRIPSIT.

ERGONE Saxonis morientur scripta diferti 10
 Deficienſque tibi tot fortia facta virorum
 Deficere æternum cogat tam cara papyrus?
 Ergone perpetuis sopientur cuncta tenebris,
 Bellipotens multis quæ gēbit Dania feclis?
 Tot Reges fortesque duces tantoſque gigantes 15
 Holgeros Frothofque graues Rifofque Rolandos
 Parua ſubire iterum permittat cartula mortem?
 Dij prohibete nefas, et vos prohibete puellæ,
 Lintea quin potius veſtris remouete lacertis
 Et forte optatæ nunc conficienda papiro. 20
 Ecce ſuos offert expanſis Scania palmis
 Artifices, patriæ pereat ne gloria gentis,
 Sed prohibet duris incluſa pecunia vinclis
 Nec finit egregios lucem ſpectare labores.
 O ſemper claris inuiſa pecunia factis! 25
 O ſemper rerum commixta pecunia fatiſ!

[E Laurentii Aſſeroi *Inſcriptionum Selandicarum Daniæ Autographis* (Hauniæ 1621) fol. 1]

EPITAPHIUM QUOD IN TEMPLO HELSING-
 BURGENSEM SUSPENSUM LEGITUR.

EXUVIAS abiens tulit huc KIRSTINA tenellas, 30
 Quæ BRAHÆI olim Nata TYCHONIS erat.
 Illa quidem modicum mundi fuit incola tempus:
 Interea modicis non tamen auſta bonis.
 Ingenio ſexum ſuperavit, moribus annos,
 Eloquij grata dexteritate pares. 35
 Ergo hanc quæ dederat ſubito Natura recepit,
 Conſuetis maius ne quid adulta foret.

Vivit